



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectae

Sandini, Antonio

Bambergae, 1753

III. S. Cletus. Anno Christi 80. Vespasiani Imperatoris 10.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65446](#)

*plurimos SS. Pontifices ex Pagii consen-
su ipsis diebus, queis coluntur, Martyrii
coronâ donatos, ac propterea omnem Ro-
mano potius Martyrologio, quam levissi-
mis aliorum rationibus fidem adjungen-
dam esse.*

III.

S. CLETUS.

ANNO CHRISTI 80.

VESPASIANI IMPERATORIS 10.

Bar. an. **CLETUS** Æmiliani filius, Roma-
 80. §. 4. nus annos duodecim, menses septem
 An. 93. & dies duos Pontificatum gessit. Cælo
 §. 1. pag. receptus est anno Christi 93. quo
 An. 91. alteram persecutionem adversus
 §. 23. Christianos excitavit Domitianus,
 portio Neronis de crudelitate. (1) Ex
 præcepto D. Petri quinque & viginti
 Presbyteros ordinasse in Urbe Roma
 legitur in libro Pontificali, id est, ut
 explicat Pagius in ejus vita, *Urbem in
 totidem Parochias distinxisse*. Marti-
 nus Polonus, qui in Chronico tra-
 dit, Cletum formulam hanc: *Salu-
 tem, & Apostolicam benedictionem, lit-
 teris omnium primùm inscripsisse,*
 moveret me, nisi id traderet ex sensu
 suo,

suo, & sine auctore. Nulla enim extat Cleti epistola, quæ faciat ejus rei fidem. (2.) Nullum Pontificem verbis illis usum invenio ante Joannem V. & Sergium I. quorum diploma verbis illis notata refert Mabillonius *De re diplomat.* lib. 5. pag. 436. & lib. 6. pag. 622. *Ante Leonem IX. vel saltem Gregorium VII.* formulam istam non suisse stabili usu receptam censet Papebrochius in *Conatus apud Bollandum Tom. 8. Mensis Maji* pag. 19.

ANNOTATIONES.

(1) Tertullianus *Apologet.* cap. 5. Idem de Persecutione II.
Pallio cap. 4. Domitianum vocat *Subnero-*
nem. De eo Lactantius de mortibus Perse-
cutorum cap. 3. *Ad persequendum justum*
populum instinctu Daemonum incitatus est.
Eusebius li. 3. Hist. Eccl. cap. 17. *Nero-*
rianæ impietatis, bellique & odii adver-
sus Deum successorem se ipsum professus
est. Quippe hic secundus persecutionem in
nos concitatavit. Et cap. 18. *In hac perse-*
cutione Joannes Apostolus, idem & Evan-
gelista, qui etiam tum in vivis supererat,
ob testimonium, quod divino verbo per-
hibebat, in Insulam Patmum traditur esse
relegatus. Et. cap. 19. *Universos, qui à*
Davide

*Davide generis sui originem ducentur,
interfici jussit. Et cap. 20. Quippe Domi-
tianus de adventu Christi, perinde ac
Herodes, sibi metuebat.*

Orosius lib. 7. cap. 10. *Per omnes scele-
rum gradus crevit, ut confirmatissimam
toto orbe Christi Ecclesiam, datis ubique
crudelissima persecutionis edictis, conuel-
lere anderet. Vide Pagium ad an. 89. §.
6. & 7.*

(2) *Ludovicus Jacobus à S. Carolo
Bibliothecarius Pontif. pag. 58. ut est
apud Petrum Constant tom. 1. Epist. Rom.
Pontificum pag. 5. ab omnibus auctori-
bus affirmari memorat, Cletum scripsisse
epistolas, in quibus omnium primus usus
est verbis illis Salutem & Apostolicam
benedictionem, sed has à se frustra qua-
sitas, ibidem testatur.*

IV.

S. CLEMENS I.

ANNO CHRISTI 93.

DOMITIANI IMPERATORIS 40.

Bar. an. 93. §. 1. CLEMENS Faustini filius, Roma-
nus, de quo Apostolus Paulus ad
Cap. IV. 3. Philippenses scribens ait: Cum Cle-
men-